



**G**erardus apud Rupelmōdanos natus est an-  
 no circiter millesimo quingentesimo deci-  
 mo quinto. Hic artibus liberalibus magna diligen-  
 tia incubuit, atq; in primis Mathematices studio-  
 sus fuit. In ijs quoq; disciplinis adeò profecit, ut  
 Vuilhelmus Cluensis dux eum ad se uocarit, atq;  
 suum Mathematicum constituerit. Itaq; Gerar-  
 dus globos cœlestes & terrestres composuit, &  
 hac arte alios longè superauit. Postea quoq; histo-  
 rijs operam dedit, atq; Chronologiam & Vniuer-  
 salem rerum descriptionē conscribere cœpit. hinc  
 factum quod apud Belgas præclarum sibi no-  
 men compararit, atque etiamnum uiuens Teu-  
 toburgi, passim à uiris doctis ob rara ingenij monumenta agnoscitur. A-  
 nonymos,